

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Richter

Albertum & Johannem Ducum Magnopolensium Primos, Cum ad Natalem ... Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici, ... A. M DCCXXXII. d. 26. Nov. ... Orationibus Festum Celebrandum ... invitaret

Gustroviae: Lembkius, [1732]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832191310>

Druck Freier  Zugang



clK-9453 (1)



Prog

94

ALBERTUM
 &
 JOHANNEM
 Ducum Magnopolensium PRIMOS,

Cum ad

NATALEM SERENISSIMI DUCIS
 atque PRINCIPIS

DN. CAROLI
 LEOPOLDI,

*Ducis Regnantis Mecklenburgici, Principis vetustæ gentis
 Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comitis item Sveri-
 nenfis, Terrarum Rostochii atque Stargardiaæ
 Dynastæ, &c.*

DOMINI & NUTRITORIS NOSTRI CLE-
 MENTISSIMI

*Faustis Sideribus A. c. I. 17. Nov. reducuntur
 Publiceque in Gymnasii Auditorio Majori*

SOLENNIORIBUS ORATIONIBUS

*FESTUM CELEBRANDUM
 PATRES utriusque CHORI & FORI*

*officiosisime invitaret,
 omni pietate recolebat*

M. DAVID RICHTER, *Gymnas. Rector.*

GUSTROVIÆ, Typis Joh. Lembkii, SERENISS. PRINC. Typ. Aut.

173.

Progr

A TRIBERIA M

JOHANNEM

Dacum Ms. 100 fol. 1v. Primus

Cod. 99

NATALIUM SERENISSIMI DUCIS

acclae PRINCIPIS

DN. CAROLI

LEOPOLDI



DOMINI & MUNITORIS NOSTRI CLE-

MENTISSIMI

SOLENNIORIBUS ORATIONIBUS

TESTAM CEREBRANDUM

PATRES UTINASDE CHORI & FORI

M. DAVID RICHTER, Germanus Rost.

GRADIONE, Dicit Joppe Pessimi, SERENISS. PRINC. DUC. TIC.

103

J. N. D!



Vemadmodum homonyma per se vel ideo sunt obscura, & intellectu difficultia, quia quascunqve fere recipiunt formas & significaciones; ita cum res ipsa, quam denotant, sua natura est difficilior, non possunt non tedium imponere laborem & pervestigandi difficultatem insigniter augere. (a) DUCIS vocabulum, quam varie accipiatur, studiose equidem ex aliis, quibus tamen Seldenus (b) & Linnaeus (c) addendi erunt, docuit Beermannus (d) sed nec originem Ducum Germaniae, nec valorem Ducis S. R. J. edifferuit. Qvod si igitur in causa adeo ancipiti, non semper acu rem tetigerimus, errati veniam, nos apud L. B. consecuturos confidimus, quia per paginarum breviora spatia, singula pro argumenti præstantia, exhaustiri nequeunt, brevitatemque insuper imperant. Ita autem, qvod caput rei concernit, statuimus, Ducis Imperii Germanici dignitatem exposituro, studiose & sollicite cavendum esse, ne eandem ex Romanorum indole, nec ex Carolingiorum ævo metia-

A 2 tur.

(a) Conf. hanc in rem Aristot. Elench. Sophist. cap. 1. Lib. 1. præcipue autem Clerici Ars Critica Part. II, Sect. I, cap. 3.

(b) Vid. Seldeni Tituli Honorum Part. 2. cap. II. § 20. seqq. p. 49. seqq.

(c) Jur. Publ. Tom. II, Libr. IV, cap. 3. I. obiV. inrigaypA

(d) Syntagm. Dignit. Illustr. Part. II, dissert. X, c. 1. p. 916. seqq.

Progr

tur, sed vero suo pristinoque nitor & significatui juste restituat. Romanorum enim militiae praefectus, cum Carolingiorum Satrapa, quam longissime distant a Serenissima Ducum Germaniae conditione. Hoc interim Carolingis debent Duces & Germania, ut ex Monarchico Eorundem Imperio didicerint, quantam avitae (e) libertati cladem inferat regia illa nullisqve legibus circumscripta potestas. Hinc statim post Eorum fata caput suum extulere altius, Ducatus, qvibus praefecti fuerant, hereditarios meditantes, pristinamqve, cui adsveti erant, libertatem recepturi, licet non semper pari felicitate successerit. Populorum itaqve potentissimi, qviqve e re sua id fore duxerunt, non solum futuros Imperatores communib[us] suffragiis elegerunt, sed suo qvoqve summo Imperio, quantum poterant, ita inservierunt, ut Eosdem per oralem qvafsi capitulationem, solenni juramento confirmandam, in officio retinuerint. (f) Ne autem haec sine teste proleta videantur, audiamus Liuthprandum (g) qvi ad Annum fere 912. ita: *Hac tempestate Ludovicus moritur. Conradus ergo Francorum ex genere oriundus, Vir strenuus, bellorumque exercitioductus, Rex, cunctis (qvinque scilicet, mox nominandis) a populis, ordinatur, sub qvo potentissimi Principes, Arnoldus (h) in BAIUARIA, Burcardus (i) in SVEVIA,* Eberbar.

(e) Non solum enim Tacitus suos Germaniae Duces passim adserit, sed qvod ante Pipini qvoqve tempora ab A. C. 326. vel sola Francia Orientalis, ut de aliis taceam, successive 21. Duces habuerit, ex Historiis constat. Vide Jac. Spigelium in Scholiis ad Gauthieri Ligurini de rebus gest. Friderici, Lib. I. f. m. 278. apud Reuberum.

(f) Vide mox notam (l).

(g) Histor. Lib. II, cap. 7. apud Reuberum f. 105. Electus enim est Conradus A. 911. m. Decembr. sed A. 912. coronatus fuit Aqvisgrani. Vide Frekerum in not. ad Chiron. Laurishamens. f. m. 116. q. 1. lib. II. p. 11. (h)

Eberhardus, (k) comes potentissimus in FRANCIA, Gisbertus (l) Dux in LOTHARINGIA erant, quos inter Henricus SAXONUM & THURINGORUM Dux præpotens clarebat, sed rerum summa nondum ad Eum erat delata, qvia Pater ipsius, Otto Magnus, Is erat Ipse, qui a Ducibus istorum populorum, Rex Imperii postulatus, Conradum I. Imperatorem eligendum, commendabat (m) quem tamen, quantum sua interfuit, hac demum conditione ad Imperium admisit, ut penes Ottomem summum semper & ubique vigeret Imperium. (n) In mutuas nam-

A 3 qve

(h) Hic est Arnolphus, qui, (qvod) ecclesias & monasteria Bavariae crudeliter destruxit, ac possessiones earum militibus distribuit, uti Otto Frisingensis Pontifex, Chron. L. 6. cap. 18. f. 127. apud Ursulium Tom. I, loquitur, MALI cognomine insignitus fuit.

(i) Comes erat in Buchhorn, frater Conradi I. Imperat.

(k) Itidem Conradi frater erat, estque ex rebellione quam cum Ottonis I, fratre, Henrico, & Gisilberto, de quo mox, contra Imperat. Ottomem I, molitus fuit, ex Liuthprandi IV, 8. seqq. notissimus.

(l) Gener erat Henrici Aucupis, adeoque adfinis Ottonis I, Huic forsitan Inventio debetur, Imperatores eligendos Juramento coercendi. Hic enim & coniurationis socii *Henricum conveniebant, si consiliis nostris te parere nobis juramento promittis, non solum qvia captus es, te dimittimus: sed qvod maius est, si tamen Rex velis fieri, nostrum te dominum constituimus apud Liuthprandum l. c. f. 134.* Qvod si vero horum 5. Ducum pleniorum desideras notitiam, consule Cel. Pfeffingerum in Vitriario Illustrato Lib. I, Tit. 16. & Lib. III, Tit. 15.

(m) Sunt verba Wittechindi, monachi illius Corbejensis Lib. I, Annal. apud Pfeffingerum in Vitriario illustr. Lib. I, Tit. 16. p. m. 101.

(n) Idem ibid. Sunt fere ipsa Aristotelis verba, quibus III Politic, cap. 6. & 7. sub init. Majestatem expresit, quam egregie quoque Grotius de J. B. & P. Lib. I, cap. 3. §. 7. illustravit.

Progr

qve similitates subinde sivebant Ducum libertas & Imperatori collata Majestas, qvæ variam expertæ fortunam, eam tandem Principibus impetrarunt dignitatem, cui Cæsar is potestas infesta esse nequbat. Penes Ottonis enim filium, Henricum Aucupem, adeo non remansit Summum illud Imperium, ut Conradus potius *veritus* fuerit, *ei tradere omnem potestatem Patris.* (o) Causam vero formidinis, qvomodo Henrico Summum illud concederet Imperium, hanc Wittehindus præmisserat, qvod nempe Conradus sæpe expertus fuisset virtutem novi Ducis. Neqve reticuit, quantum sibi Henricus ex admissa hac accisaqve Ducis potestate invidiam, odiumqve totius exercitus conflaverit, qvibusque insidiis Conradus rem omnem confecerit, Sic referens: *Qvo factum est, inqviens, ut indignationem incurreret totius exercitus Saxonici.* FICIE tamen pro laude & gloria optimi Ducis, PLURA locutus, promisit, se MAJORA daturum, & honore magno glorificaturum. Saxones vero hujusmodi SIMULATIONIBUS non attendebant, sed s'vadebant Duci suo, ut NB. si honore paterno eum nollet sponte honorare, rege invito, que vellet, obtinere posset. Successerat autem Patri Henricus A. C. 916. (p) & mors Conradi, qvæ post triennium insecura fuit (q) ita his contentionibus finem imposuit, ut moriturus Imperator ex consensu omnium, qvos convocaverat, Ducum, Imper-

rii

(o) Idem Wittehind.

(p) Ita quidem cum qvibsdam b. Hübnerus Qvæst. Hist. Polit. Tom. V, sed probabilior illorum est sententia, qui Ottонem M. Ducem Saxonie & Henrici Aucupis Patrem A. 912. mortuum affirmant. Vide Pfeffingerum lib. cit. Lib. I, Tit. XVI, p. 101. Cate rum 2. Cal. Decembr. (d. 29. Novembr.) emortualem Ejusdem fuisse, Idem Cel. Pfeffingerus Tomo III, p. 1095. ex Ditmaro obser vat.

(q) Nempe An. 919. d. 23. Decembr. Freherus ad Chron. Laurisham. l. c. De loco Sepultura Freherum conciliabis cum Buchholcero. Apud Rupertum, l. c. vide Autores quoqve, de Die Emortalis dissentientes.

403 X 7 X 404

rii insignia Henrico transmiserit (r) majori salutis Imperii,
quam qvidem suorum habitacione. (s) Henrico Impera-
tori facto eadem admensus est tadia Arnolphus, Baioariæ
Dux, adversariorum præcipius. Henricus ergo Conradi ar-
tes imitatus, eum verborum blanditiis, famo atque pa-
pavere sparsis captum, mox sibi conciliabat. His autem
inter cætera utebatur verbis (t) *Nemo me hue usque corona-
tum vidit, optet te respubl. Principem, primus inter adoratores
& Regis mei satellites ero.* Ergo ante consensum quinque
allorum, quos supra ex Liuthprando nominavimus, Du-
cum, eumque unanimem, electus Imperator ne coronari
qvidem poterat, & dissentientes Duces jure & facultate
gaudebant, armis se opponendi, nosque docet, DUCIS
significationem in sensu Saxonico vel excellentius quid, vel
idem involuisse, quod seqviori ævo Elector valuit. Qvo-
niam vero Henricus Auceps Imperatoria gaudebat Majesta-
te, sibi suisque ita prospicere poterat, ut, si qui in poste-
rum futuri essent Imperatores, à potentioribus his Duci-
bus reprimi facile potuerint. Franci quoque Orientales,
& postea Svevi, a Saxonie Ducibus rationem edocti, vires
opesque firmandi, maiores subinde sumebant spiritus, Du-
cisque dignitatem amplificare studebant. Tantam enim uti
scite loquitur Pontifex Frisingensis, (u) *qui que suam rem-
publicam perfecerunt, quantum eam præclaris ingenis extollere
potuerunt.* Nemo tamen interea negaverit ab Imperatori-
bus Duces identidem ad obsequium fuisse redactos, suis-
que

(r) Vide instar omnium Liuthprandum l. c. f. 105.

(s) Ruperti est observatio ad Synopsin Besoldianam p.

m. 578.

(t) Prouti b. Hubnerus Hist. Polit. Part. 5. p. 286. Liuth-
prandus autem l. c. ligato sermone ita eadem protulit.

*Si regem populus cuperet præponere temet
Protinus is fierem quem magis is cuperet.*

(u) Chron. Lib. 6. c. 18. apud. Urstif Tom. I. f. 127.

Progr

que Ducatibus expulsos, præcipue, si graviori criminie, fidem Imperatori datam secesserent. Isto enim rerum articulo, ex victoriæ arbitrio causæ justitia & injustitia dijudicabatur omnis, isque causa sua cecidisse putabatur, qui inferior bello discesserat. Qvia etiam singularum harum gentium Duces in unam Imperii societatem consenserant, Imperatoresque se singulis superiores evexerant, evitare quoque non potuerunt, quominus nexus aliquem feudalem admitterent, suosque per Eundem Ducatus Imperio feuda offerrent atque commendarent, feudi simul onera atque incommoda incurrentes. Hinc nulla alia ipsis ratio erat reliqua, qua suæ libertatis securitati prospicerent, quam ut Ottonis, Ducis illius Saxoniæ, vestigia secuti, certis conditionibus (x) Imperatorem obstringerent. Postquam vero Dukes isti, Imperatorem eligendi facultate gaudentes, inique tulerunt, Ducum numerum augeri, Electorum nomen ambire, eoque insigniri maluerunt, tunc quidem Ducis vocabulum & valor diminutus fuit, non quidem si potestatem Imperii consideraveris, sed quia uno saltem gradu, in Imperatore scilicet eligendo, Electoribus habebatur minus, Ducesque illis inferiores erant. Namque id Juris, Imperii Romani apex, Ottonis Frisingensis verba refero, (y) videlicet non per sanguinis propaginem descendere, sed per Principum electionem Reges creare, sibi tantum ex singulari vendicat prerogativa. Invaluit hoc Electoris & Ducis discordia circa confinia seculorum XI. atque XIII. quod Henetorum genti funestum fuit atque fatale. Duces tamen aliquos nonnunquam Electorum conclave interfuisse, & ad ipsam Imperatoris Caroli IV. electionem adhibitum fuisse Ericum I. Ducem Lauenburgicum, hac addita causa, dicitis his verbis testatur M. Albertus Argentinensis (z). Huic etiam

(x) Vide supra notam (l.)

(y) De gestis Friderici Lib. II. cap. I. f. m. 447.

(z) In Chron. f. 150. lin. ult. Tomo II. Urstisi. (u)

(9)

etiam Erico, tanquam filio fratri senioris, Rudolfi, (scilicet. I. Saxonie) Ducis, Electoris Caroli, decernebatur Jus eligendi habere.

Sed ad Venedos redeo, qui hereditario gavisi regno, fiduciarium eo temporis articulo non habebant, nec unquam in Imperii societatem, cum s. istis gentibus, coiverant, nec, quia suis Regibus parebant, Duces, eo quidem, quem exposui sensu, admittere poterant, nec e re sua fore arbitrabantur, Imperio Germanico se associare feudiique conditiones incurrere. Neque etiam dubito, quin cognita Friderici Barbarossa, ex alieno corio justo liberalioris, sententia, Veneti, cum Rege Peruviano, Ynca Athabalipa, in simili causa judicaverint, Donationem rei alienae non modo esse nullam, sed ridiculam. Mitto autem ista omnia reliqua que prætereo, & quia facile præfigio, in amphoram exiturum, quem urceum esse volui, brevioribus lineis summam dicendorum sed studio præteriorum, includam. Qyoniam præterea totius rei cardo in Literarum Investituræ, quas Carolus, Dei Gratia, Romanorum Rex, semper Augustus & Bohemia Rex, Fratribus Alberto & Johanni, Ducibus Megapolensibus super Ducatu & terris Mecklenburgicis; Praga, octavo Idus Julii A. 1348. dedit, divulgatione, verteretur; has autem sine clementissime impetrata venia prelo committere, nefas duximus, hunc L. B. omissorum & reservatorum Syllabum benigne interpretaberis. Postquam enim

de

Primitis Ducibus Magnopolensibus

expositurus, de Ducibus S. R. J. in genere verba feci, alterum caput, quod de Ducibus Mecklenburgicis in specie ageret, duabus Sectionibus absolvendum Judicavi. Namque

Sectione I. Tempora consideraveram ab A. 1164.

usque ad Annum 1348. ita quidem, ut

§. I. Formam restaurati regiminis edifferuerim.

B

§. 2. Quod

Progr

§. 2. Qvod clientelarem fidem Saxōnum, in primis autem, Henrici Leonis, non fuerint secuti ex Cranzio, Vandal. V, 16. probatur.

§. 3. Burevinorum res bellicæ atque civiles & qvod divinam Nemesin, quam Henricus Leo, Saxo ille, toties & temere irritaverat, in Eodem, Ejus posteris, & proscriptis direptisque regionibus supplices fuerint venerati.

§. 4. Qvomodo Superioritatem Territorialem exercuerint *JOHANNES THEOLOGUS &*

HENRICUS HIEROSOLYMITANUS.

§. 5. *HENRICUS LEO* tum absente, per captivitatem Agyptiacam, Parente, tum, ex qvo ipse, post fata Patris, reipublicæ præfuit.

§. 6. *ALBERTUS & JOHANNES* ante impetratam Ducalem Dignitatem.

§. 7. Ergo, Summo ubiqve Jure regnarunt, neqve,

§. 8. Ulla qvadam necessitate compulsi fuere, ut cum Imperatore cæterisque Imperii Electoribus & Ducibus, Regni societatem inierint.

§. 9. Cur forsan ad Imperii consortium fuerint electi? conjecturæ.

§. 10. De quinque Dominis in Werle, & Tutela urbis Warenæ Alberto ad quinqvennium delata.

Sectio II. de Ducali Dignitate, Principibus bis Magnopolenibus per Imperatorem collata.

§. 1. Qvoties & qvo die electus & coronatus fuerit Romanorum Rex & Imperator Carolus IV,

§. 2. De die prælia ad Cressiacum in Gallia commissi, cui Johannes ita cum Carolo Rom. R. interfuit ut ex Anglorum faucibus eum in libertatem vendicaverit.

§. 3. Literæ feudales seu Diploma Investituræ, Serenissimis Ducibus impertitum, inservendum esset.

§. 4. Ex

Pragæ, octavo Idus Julii, Ducis S. R. J. Dignitatem fuisse
consecutos, illorumqve multitudinem errare qvi An. 1349.
asserunt.

§. 5. (2.) Qvod b. Chemnitio hæ Literæ feudales
qvidem ad manus fuerint, minime vero b. Latomo aliis-
qve.

§. 6. (3.) Qvod *Principes* antea fuerint, non *Comites*
contra M. Alb. Argentinens. Dubravium, Calvisium, Clu-
verum, aliosqve.

§. 7. Cur nullus Historicorum (Menckenianam
enim collectionem, & in eadem reperiundum *Diplomatari-
um Caroli IV*, nondum consulere potui) de tam ardua re ex-
posuerit? cum tamen alias Imperator, si quis *nodus Dux* &
Princeps efficitur, eum Diem roget omnibus annalibus adscribi,
eo qvod tunc Romanum Imperium auxisset, novum *Principem*
creando, consensu omnium Principum accedente.

§. 8. E re esse Meclenburgica publica, has literas
Investituræ prostare & ad notitiam Patriæ pervenire.

§. 9. Num hæc verba, in diplomate super Erecti-
one Ducatus Holsatiæ, Christiano I. Regi Daniæ, concessa,
Rotenburgi super Tauber, die Lunæ, qvarta decima men-
sis Februarii An. 1473. reperiunda.

Caritatem suam --- investimus per præsentes, ita ut
in antea caritas sua, ejusqve --- successores, eun-
dem Ducatum ita erectum tenere & cum omnibus
Ducalibus ac Principatum dignitatibus, juribus ---
uti, frui, ac gaudere possint ac valeant, sine contradic-
ctione &c.

eundem, qvem seqventia, admittant sensum, analysis &
constructionem.

Prædictos -- hodie in Die nomine in veros Princi-
pes & Duces --- ereximus, decoramus & erig-
imus perpetuo --- volentes expresse, qvod supra
B 2
dicti

Progr

(12)

dicti Duces -- ex nunc, UT ante, omni Dignitate, Nobilitate, Jure, potentia, libertate, honore & consuetudine, qvibus alii S. R. J. Principes, & nominatim Duces jure vel gratia freti sunt, gaudere debent & potiri &c. in dandis seu recipiendis Juribus -- & in omnibus qvæ ad S. R. J. Duces & Principes JURE spectare noscuntur, uti frui debeat libere & gaudere.

§. 10. Læsa Jura Ducalia indicabit.

§. 11. Qvod solum Diploma Ducem non faciat, ubi de recentioribus Proselytis Imperii, & plenitudine potestatis,

§. 12. Vox Magnopolensis, Ducis titulo adjecta late
tene an stricte sit interpretanda?

§. 13. Dominos Werlenses nec Pragæ fuisse, nec Duces factos, c. Latomum.

§. 14. Renovatio Literarum Investituræ, An. 1377.
10. Calend. Julii, Furstenbergii a Carolo IV, Imperatore Romano data, eodem modo integra & ex authenticis effet inferenda.

§. 15. S. S. C. C. M. M. esse, Principibus Investit
ram patentibus, eandem sine correctione, novo onere, aut adjecto pacto concedere, Ihren Lehn-Brief/ NB nach dem vorigen tenor unweigerlich wiederfahren zu lassen.

§. 16. Qvænam porro ex Capitulationibus Cæsareis, Leopoldina &c. afferri possent.

§. 17. Memorabilia & consectaria ex literis Renovationis elicit potiora, I. Causas aperte qvatuor enumerat Imperator, qvibus impulsus fuerit, ut Duces Mecklenburgicos in consortium Imperii & negotiorum a Se gerendorum suscepit, tanta certe studiorum suorum contentione & officiositate expressas, qvantam frustra in multis aliis apud Pfeffingerum Lib. III, Tit. XV, in Vitriario Illustrato copiose productis, qvæsiueris.

(2.) Va-

(2.) Varias Autorum de Dynastia Stargardiensi opiniones tollit. (3.) Investitura per vexilla (in plurali) Ducibus que propria, illorum commenta refellit, qui per gladii traditionem, quod in Regum infeudatione observabatur, eam factam comminiscuntur, honeste admodum mentientes, Serenissimos Duces admonitos simul fuisse, ut ne viduarum & orphanorum causam abjicerent, quasi vero in illorum gratiam peculiaris in S. R. J. Dux constitueretur. (4.) Quod in aliorum literis feudalibus nunquam relictum fuerit in feudatariorum arbitrio, eadem suscipere, quando & quoties opportunum fuerit. (5.) Quod hoc illustre feudum, solidum & indivisum perpetuo Ducatum Meclenburgicum constituere beat. &c. &c.

§. 18. Undenam b. Hedericus in Chronico Schwerinensi, plag. f. facie (a) eumque secutus b. Latomus errores suos hauserint?

§. 19. Nunc demum conveniens significatui Saxonico Ducis definitio potest afferri.

§. 20. Ea, quae 2. F. t. 10. extat definitio, ambiguitatis arguitur & quod circulum committat.

§. 21. Intolerabilior est Limnæi explicatio ejusdem.

§. 22. Verior & sanior adferetur definitio.

§. 23. Hæc confirmatur ex Ducis S. R. J. Dignitate & prærogativis.

&c. &c.

Hæc fere, aliaque, fuere potiora, quæ de Primis Ducibus Magnopolensibus scripturo mihi gloriofissimus Præcessimi nostri Ducis & Principis, Domini CAROLI LEOPOLDI, Ducis regnantis Meclenburgici, Principis Vetustæ gentis Henetæ, Sverini & Rateburgi, Comitis item Sverinensis, Terrarum Rostochii atque Stargardia Dynastæ, & reliqua, Heri nostri clementissimi, faustissimo sidere redditus Natalis suggessit. Quemadmodum enim alia occasione, cum Titulos Sere-

Progr

89 14 89

nissimorum Ducum Meclenburgicorum solennioribus orationibus exponerem, vel solum DOMINI sive DYNASTÆ nomen tanta se ubertate, rerumque memoria dignarum copia offerebat, ut longiori etiam oratione vix edisceri potuerit; (Vide programma de Alexandri M. Bucephala, An. 1728. Scriptum.) Ita quoque primum, idque sanctissimum nomen EJUS, qui latâ hæc, Ditionibus suis universis, nobis, nostrisque fortunis indulxit Natalia celebranda, me, Subditorum minimum, excitavit, ut eadem quoque pietate devotionis meæ contentionem exercerem in DUCIS. S. R. J. historia brevibus evoluenda. Accedebat autem præcipue, quod non ex longinquo argumentum scribendi arcessendum, aut obtorto, quod dicunt, collo, causa meæ applicandum erat, sed quod justa Historiarum serie Albertus & Johannes, Sereniss. Ducum Meclenburgicorum omnium primi, eodem suum parentem, Henricum Leonem, excipiunt modo, quo Henricus Hierosolymitanus Patri, Johanni Theologo, successerat, singulisque, Serenissimi Nostri Ducis Regnantis, Natalibus, culti, veneratiisque fuerant. Hic autem faustissimus Natalis, cuius causa, castina D. V. luce, solennioribus humillimisque precibus apud Deum T. O. M. vitæ omnisque salutis Autorem & Arbitrum, supplices intercedemus, tanto castiorem pietatis religionem imperat, quia non solum veniae, sed ipsius quoque officii erit, communes, Serenissimorum Ducum Meclenburgicorum, gl. mem. Natales, in hoc, quem devote celebrabimus, Serenissimi atque Præcelsissimi Ducis & Principis, Domini CAROLI LEOPOLDI, Ducis regnantis Meclenburgici &c. &c. Natali desideratissimo & divinis auspiciis nobis redditio, conservatos, amplificatos, novisque Principatibus & Dignitatibus adiuctos meminisse, admirari, meditari. Imitari autem hoc religionis meæ Studium, divinitus imperatum, allaborabunt, casti-

craftina, si Deus Voluerit, luce, hora post meridiem, III.
Juvenes multæ spei & egregie in literis versati.

I. CARL DANIEL CHRISTIAN Krüger / Güstr.
Orationem habiturus germanicam, eamque solutam
de Posteris Majorum gloriam amplificantibus.

II. JOACHIM CHRISTIAN Labsen / Furstenberg.
latino sermone contra Æneam Sylvium, Hist. Bohem.
cap. 33. fol. 139. apud Freherum in Script. Rer. Bo-
hemic. aliosque, apud Cel. Pfeffingerum in Vitriarii Il-
lustrati, Lib. I, Tit. II, p. 230. seqq. reperiundos, vindi-
care studebit
Laudes Caroli IV Imperatoris.

III. JOHANN DANIEL Thomas / Güstroviens.
B. Frid. Thomæ, Praeceptoris nostri, & de Historia
Patriæ meritissimi, Filius optimus, carmine Heroico
canet

Albertum & Johannem SAGATOS.

IV. ADOLPHUS FRIDERICUS Blüht / Streliz.
metro germanico celebrabit

Albertum & Johannem TOGATOS

Suamque, quam in dicendi facultate præstiterunt, Patri-
bus utriusque Chori & Fori, commendatum ibunt elo-
quendi facundiam. Hoc autem pietatis studio tum de-
mum se rite defunctos suisse arbitrabuntur, si, per freqven-
tiorem PP. CC. coronam, extollendumque Eorundem,
qvem observantissime & obsequiosissime sollicitabunt, fa-
vorem, suum, qvo digni habiti fuerunt, dicendi officium
ali,

Progr

ali, augeri, probariqve sentient. Nullus qvoqve dubito,
 qvin, qvo literas earumqve domicilia proseqvi soletis fa-
 vore, eodem etiam honestissimos Juvenes complectamini.
 Vestræ profecto preces publicæ & cum nostris conjunctæ,
 proqve salute Serenissimi nostri Ducis regnantis, fundendæ,
 meas meorumqve Auditorum accendent, ut non solum
 humillima, gestientis pietatis, gratiarum actione, divi-
 nam efferam clementiam, pro conservata per tot Secula at-
 que bellorum pericula Serenissimæ Domui Meclenburgicæ
 Ducali dignitate, sed ut ILLIUS præcipue inconcussam sa-
 lutem, faustum prosperumqve regimen, consiliorum felici-
 tatem & qvæ Summorum Principum Votis solent esse,
 propria, ardentissimis precibus Summo Numini commen-
 dem, QVI Serenissimorum Suorum Gloriam, Potentiam,
 Virtutem & Pietatem ita possidet ut eadem vindicata & con-
 servata, insigniterqve adaucta Posteris conservet. Vivat,
 Floreat Clementissimus Patriæ Pater cum Serenissima
Conjuge, Stirpis Imperatoriæ, Præcessissima Filia, omniqve
Sereniss. Gente Ducali Meclenburgica ad seros, patribus-
que suis majores, Nepotes, ut per lætas futurorum anno-
rum vices, CAROLO LEOPOLDO
salvo, annua nobis reducantur gaudia & votum

Salve, Festa Dies, Meliorqve revertere Semper!

S. D. G!



Progr



De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis studiis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, instituiert werden. Solcher Kloster-Schulen seyn s. im Lande schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie eni der Universität nach Helmstädt mit Nutz verschick Cum deinde turbulentum Brunsvicum, mox vero Gv cum adiisset, in secessu vicino Hessen ab Avia sua te receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates auto semenses, dictaque Monasteria latius enarrabunt Autor Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d. præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M. Bericht nach, sollen die Salz-Röten jährlich 2 Tonnen tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g. Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet. vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar. SIGIUS, pleniorum sine dubio dabunt notitiam in *Bt xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore liberorum Parentis facti, cuius πολυτελίας alia pluram peditabunt exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17 *CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2* Jac. THOMASII, *Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n. omittam STEPNERUM in *Inscript. Lipsiensibus:* A

